

12, 7 : *Spiritus redat ad Deum qui dedit illum.* Animalium quidem aliorum mors est resolutio in elementa quibus constant; hominis autem mors est dissolutio animæ à vinculo corporis; quæ facta, spiritus, qui est à Deo, redit ad Deum, deinde corpus resolvitur. Hæc dissolutio bona est et desiderabilis, quia facit impossibiles, impeccabiles, cælestes et divinos; seu, ut dicit D. Bernardus, homines ab omni dolore, peccato et periculis liberat. Hæc fusè explicat Cornelius à Lapide. Hanc sancti desiderarunt, qui patienter vixerunt, delectabiliter mortui sunt; sed, heu! nos hanc dissolutionem horremus, quia delectabiliter vivimus; cum dolore ac tristitiâ morimur. S. Augustinus de D. Paulo dixit: Qui desiderat dissolvi et esse cum Christo, non patienter moritur, sed patienter vivit et delectabiliter moritur.

MULTO MAGIS MELIUS, excessum significat incomparabilem; quasi diceret: Sine ulla comparatione melius.

VERS. 24. — PERMANERE AUTEM IN CARNE NECESSARIUM PROPTER VOS, non Philippenses tantum, sed et omnes alios fideles; toti enim Ecclesie necessaria fuit D. Pauli vita, maximè gentibus, utpote gentium apostoli.

VERS. 25. — ET HOC CONFIDENS (scilicet quòd vita mea sit vobis et aliis necessaria,

SCIO (moralis scilicet certitudine) QUIA MANEBO ET PERMANEBO. Græc.: *Compermanebo omnibus vobis*, id est, una vobiscum aliquo et quidem multo tempore manebo. Hactenus inter vitam et mortem seu gloriam coarctatus est Paulus, nesciens quid ex altero eligeret; hic sum resoluti dubium; iudicat vitam laboriosam et Ecclesie utilem, propriæ gloriæ et beatitudini suæ preferendam esse. Oportet ergo vivere, ut prædicatione Evangelii, proximorum salutem incumbar et laborer; hocque ita eventurum sibi omnino persuadet, confidit ac pro certo habet. Itaque illud scio morale tantum certitudinem inducit, ut patebit attentè legenti versus præcedentes, ubi dubius erat an per vitam, an per mortem Christum esset glorificaturus; ignorabat an vitam, an mortem eligeret; idem dubium videtur ha-

et corporis. *Cupio dissolvi*, scilicet vinculo, quo animi in hæc vitæ corpori colligatur; q. d.: Jam alligatus sum corpori, si hoc vinculo solvar, ero cum Christo, illique astringar.

Multò magis melius, q. d.: Multò longèque melius; aut infinitis partibus melius quam permanere in carne, id est, esse cum Christo optimum est.

VERS. 24. — *Permanere autem in carne necessarium propter vos.* Sentit Apostolus, à duobus se coarctari, quorum alterum desideret, alterum verò necessarium iudicat, non tamen desideret.

VERS. 25. — *Et hoc, scilicet necessarium esse vobis ut maneam in carne, confidens scio quia, id est, quòd manebo.* Q. d.: Persuadens mihi vitam meam vobis esse necessariam, scio quòd Deus me vobis adhuc concedet, factique in vobis permanere. *Et permanebo omnibus vobis*, etc., id est, ut promoveam salutem vestram, et ut afficiam vos gaudio ex fide profecto, etc.

VERS. 26. — *Ut gratulatio, id est, gloriatio vestra, quæ gloriam et gratulamini vobis, quòd per me sitis ad Christum conversi, abundet in Christo Jesu, id est, in Christi doctrinâ, lege, gratiâ, Ecclesiâ; q. d.: In Christianismo, in me, de me vinculis liberato, vo-*

bere in capite sequenti, v. 47 : *Sed et si immolor...*; cum ergo hic dicit, *confidens scio*, idem est ac quòd dicit in capite sequenti, v. 4 : *Confido in Domino.*

VERS. 26. — *Ut GRATULATIO; Græc., gloriatio; D. Chrysostomus hanc gloriantionem sumit activè: Ut ego de vobis glorier abundantius in Christo Jesu; seu, ut habeam quo in vobis majorem in modum glorior.* Hoc sensu, gloriatio vestra idem est ac gloriatio mea de vobis; hinc sensum modestiorem putat Estius, sed videtur littere minùs conformis. Vide paraphrasim.

VERS. 27. — *Tantum dignè EVANGELIO CHRISTI... Vide paraphrasim.*

COLLABORANTES FIDEI; Græc., *concertantes*, seu pariter et concorditer decertantes. Fides Evangelii in luctu est adversus mundum, carnem et dæmonem. *Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra*, ait D. Joannes. Singuli Christiani quasi athletæ et milites sunt; fidem luctantem et laborantem communi spiritui et unanimi zelo debent adjuvare; debent cum eâ et per eam contra carnem, mundum et dæmonem, omnes fidei hostes pugnare; hinc *collaborantes, concertantes fidei Evangelii.*

VERS. 28. — *ET IN NULO TERREMINI... Vide paraphrasim.*

QUE ILLIS EST CAUSA PERDITIONIS; Græc.: *Quod illis quidem est indicium perditionis*: id est, quòd vobis adversantur, id indicium est eorum perditionis, etc. Vide paraphrasim.

VERS. 29. — *QUIA VOBIS DONATUM EST PRO CHRISTO... Pro Christo, aliqui pleonasum putant, alii hyperbaton: cum enim dicere cœpisset: Vobis donatum est pro Christo pati, interruptit locutionem, et inseruit: Non tantum credere.*

*Observationes morales.*

Hinc collige primò quòd sicut fides est donum Dei, ita et patientia est donum Dei, et donum mirabilis quam mortuos ad vitam revocare ac cætera miracula facere, ait D. Chrysostomus, quia pati longè difficilius quàm miracula patrare, ait idem sanctus. Hinc

bisque reddito, *per meum adventum iterum ad vos.*

VERS. 27. — *Tantum dignè Evangelio Christi concertantini, id est, ut vita vestra Evangelio respondat, ut Evangelium ex vestra conversatione honoretur.*

*Ut vive cum venero, et videro vos, sive absens iudicium de vobis, quia, quòd stotis in uno spiritu, id est, perseveratis in pari religionis ac mutue charitatis studio, ac fervore.*

*Unanimis collaborantes fidei Evangelii, vos mutuo adjuvantes, in certamine pro fide Evangelii.*

VERS. 28. — *Et in nullo terreni ob adversariis, sive infidelibus, gentilibus, qui Christianos persequantur, quæ illis est causa perditionis, etc. Nempe quòd patiamini pro Christo.*

VERS. 29. — *Quia vobis donatum est pro Christo, etc. Pro Christo, id est, propter Christum, et Christi merita datum est vobis ut in eum credatis. Omnia dona et gratias, quibus ad salutem dirigimur, tribuit meritis Christi. Pati pro Christo vocat Apostolus donum Dei.*

VERS. 30. — *Idem certamen habentes, etc. Certamen appellat patientiam adversorum; quia qui patitur, certat et pugnat, ne per impatientiam superetur.*

pro miraculorum dono debitor sum Dei; pro passione debiorem habeo Christum. O rem mirandam! et donat mihi, et super hoc ipse debet mihi, D. Chrysostomus. Collige secundò quòd credere, agere, pati; credere scilicet in Christum, agere in Spiritu Christi, pati pro Christo, tria hæc verum efficiunt Christianum. Illum fides inchoat, actio sancta continuat et perficit, passio consummat. *Patentia opus perfectum habet*, ait D. Jacobus, 1, v. 3. Opus est consummatum;

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.*

Ex primo versu nota quòd Christus Dominus sit omnium sanctitatis fons, à quo unico sanctitas haurienda: quòd quibus illi perfectus unitur, eò sanctior est. Illi itaque unire mente, corde, opere; mente, per fidem; corde, per charitatem; opere, per sanctam operationem, vitamque Christo dignam; sic majorem ab eo sanctitatem hauries continuè, sic Christus erit vita tua. Vide praxim v. 21.

Ex octavo versu discere recursum ad eor Christi, ut in eo et ex eo Deum et proximum dignè diligas. Vide hæc praxim ibidem, v. 8 et v. 21.

Ex v. 6 et 7, discere facilem discedendi modum, sanctorumque meritis participandi. Vide ibi dicta.

#### CAPUT II.

1. Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis,
2. Implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes, idipsum sentientes;
3. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitantes;
4. Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum.
5. Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu;
6. Qui cum in formâ Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo;
7. Sed semetipsum exinanivisti formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo.
8. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.
9. Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen quod est super omne nomen.
10. Ut in nomine Jesu omne genua flectatur, cælestium, terrestrium et infernorum,
11. Et omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.
12. Itaque, charissimi mei (sicut semper obedistis), non ut in presentia mei tantum, sed multò magis nunc in absentiâ meâ, cum metu et tremore vestram salutem operamini.
13. Deus est enim qui operatur in vobis et velle et perficere, pro bonâ voluntate.

ergo donum, et maximum donum, utpote omnia alia dona consummans. Hinc *gaudebant apostoli quoniam digni habitis erant pro nomine Jesu contumeliam pati.* Hinc D. Petrus, 1, cap. 4, v. 18, ait: *Communicantes Christi passionibus, gaudeat.* Hinc D. Paulus: *Vobis donatum est, etc.* quasi diceret: Donum est Dei; tantum abest ergo ut prohi loco sit à vobis habendum; quin potius à vobis æstimandum est, et ob hoc vobis gaudendum et exultandum.

Ex v. 14, 15, 16, notet vir apostolicus vitiosos concionandi affectus, ut eos vitet; sanctos autem et apostolicos, ut eos imitetur.

Ex v. 22, apostolicam, inò divinam Pauli charitatem discat et imitetur pastor christianus.

Ex v. 23, omnis verè Christianus discat patienter vivere, delectabiliter mori.

Ex v. 29, discat patientiam Dei donum esse, ipsâ fide miraculorumque dono mirabilis. Ibidem vide quòd tria christianam vitam componunt, fides, actio, patientia; fides inchoat, actio sancta perficit, passio pro Christo consummat.

#### CHAPITRE II.

1. Si donc il y a quelque consolation en Jésus-Christ, s'il y a quelque douceur et quelque soulagement dans la charité, s'il y a quelque union dans la participation du même esprit, s'il y a dans vos coeurs quelque tendresse et quelque compassion pour moi,
2. Rendez ma joie parfaite, étant tous bien unis ensemble, n'ayant tous qu'un même amour, une même âme et les mêmes sentiments.
3. Ne faites rien par un esprit de contention ou de vaine gloire; mais que chacun, par humilité, croie les autres au-dessus de soi.
4. Que chacun ait égard, non à ses propres intérêts, mais à ceux des autres.
5. Soyez dans la même disposition et dans le même sentiment ou à été Jésus-Christ;
6. Qui ayant la forme et la nature de Dieu, n'a point cru que ce fût pour lui une usurpation d'être égal à Dieu;
7. Mais il s'est anéanti lui-même en prenant la forme et la nature de serviteur, en se rendant semblable aux hommes, et étant reconnu pour homme par tout ce qui a paru de lui au-dehors.
8. Il s'est abaissé lui-même, se rendant obéissant jusqu'à la mort, et jusqu'à la mort de la croix.
9. C'est pourquoi Dieu l'a élevé par dessus toutes choses, et lui a donné un nom qui est au-dessus de tout nom.
10. Afin qu'an nom de Jésus tout genou fléchisse dans le ciel, sur la terre et dans les enfers,
11. Et que toute langue confesse que le Seigneur Jésus-Christ est dans la gloire de Dieu son Père.
12. Ainsi, mes très-chers frères, comme vous avez toujours été obéissants, avez soin, non seulement lorsque je suis présent parmi vous, mais encore plus en mon absence, d'opérer votre salut avec crainte et tremblement.
13. Car c'est Dieu qui opère en vous le vouloir et le faire, selon qu'il lui plaît.

14. Omnia autem facite sine murmurationibus, et lésitationibus :

15. Ut sitis sine querelâ, et simplices filii Dei, sine reprehensione, in medio nationis prave et perverse : inter quos lincetis sicut luminaria in mundo,

16. Verbum vitæ continentés ad gloriam meam in Jê Christi, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboravi.

17. Sed et si immolar supra sacrificium, et obsequium fidei vestræ, gaudeo, et congratulor omnibus vobis :

18. Idipsum autem et vos gaudeat, et congratulamini mihi.

19. Spero autem in Domino Jesu, Timotheum me citò mittere ad vos ; ut et ego hono animo sim, cognitüs quæ circa vos sunt.

20. Neminem enim habeo tam unanimem, qui sincerâ affectione pro vobis sollicitus sit.

21. Omnes enim quæ sua sunt querunt, non quæ sua Jesu Christi.

22. Experimentum autem ejus cognoscite, quia sicut patri filius, mecum servivit in Evangelio.

23. Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox ut videro quæ circa me sunt.

24. Confido autem in Domino, quoniam et ipse veniam ad vos citò.

25. Necessarium autem existimavi, Epaphroditum fratrem, et cooperatorem, et commilitonem meum, vestrum autem apostolum, et ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos ;

26. Quoniam quidem omnes vos desiderabat, et moestus erat, propterea quòd audieratis illum infrmatum.

27. Nam et infirmatus est usque ad mortem ; sed Deus misertus est ejus, non solum autem ejus, verum etiam et mei, ne tristitiam super tristitiam haberem.

28. Festinantius ergo misi illum, ut viso eo iterum gaudeatis, et ego sine tristitiâ sim.

29. Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino, et ejusmodi cum honore habetote.

30. Quoniam propter opus Christi, usque ad mortem accessit, tradens animam suam, ut impleret id quod ex vobis deerat erga meum obsequium.

14. Faites donc toutes choses sans murmures et sans disputes ;

15. Afin que vous soyez irrépréhensibles et sincères, et qu'étant enfans de Dieu vous soyez sans tache au milieu d'une nation dépravée et corrompue parmi laquelle vous brillez comme des astres dans le monde,

16. Portant en vous la parole de vie, pour être un sujet de gloire au jour de Jésus-Christ, n'ayant pas couru en vain ni travaillé en vain.

17. Mais quand même il devrait se faire une aspersion et une effusion de mon sang sur la victime, et le sacrifice de votre foi, j'en aurais de la joie en moi-même, et je m'en réjouirais avec vous tous.

18. Et vous devriez aussi en avoir de la joie, et vous en réjouir avec moi.

19. Or j'espère qu'avec la grâce du Seigneur Jésus, je vous enverrai bientôt Timothée, afin que je sois aussi consolé, apprenant de vos nouvelles ;

20. Car je n'ai personne qui soit autant que lui uni avec moi, d'esprit et de cœur, ni qui se porte plus sincèrement à prendre soin de ce qui vous touche,

21. Parce que tous cherchent leurs propres intérêts, et non ceux de Jésus-Christ.

22. Or vous savez déjà l'épreuve que j'ai faite de lui, puisqu'il a servi avec moi dans la prédication de l'Évangile, comme un fils sert à son père.

23. J'espère donc vous l'envoyer aussitôt que j'aurai mis ordre à ce qui me regarde.

24. Et je me promets aussi de la bonté du Seigneur que j'irai moi-même vous voir bientôt.

25. Cependant j'ai cru qu'il était nécessaire de vous envoyer mon frère Epaphrodite, qui est mon aide dans mon ministère, et mon compagnon dans mes combats, qui est votre apôtre, et qui m'a servi dans mes besoins ;

26. Parce qu'il désirait vous voir tous ; et il était en peine de ce que vous aviez su sa maladie.

27. Car il a été malade jusqu'à la mort ; mais Dieu a eu pitié de lui, et non seulement de lui, mais aussi de moi, afin que je n'eusse pas affliction sur affliction.

28. C'est pourquoi je me suis hâté de vous le renvoyer, pour vous donner la joie de le revoir, et pour me tirer moi-même de l'affliction.

29. Recevez-le donc avec toute sorte de joie en Notre-Seigneur, et honorez de telles personnes.

30. Car il s'est vu tout proche de la mort, pour avoir voulu servir à l'œuvre de Jésus-Christ, abandonnant sa vie afin de suppléer par son assistance à celle que vous ne pouviez me rendre vous-mêmes.

## ANALYSIS.

1° Philippenses ardentur admodum et patheticè hortantur ad mutuum concordiam, ad fraternam charitatem, ad omnem, tam internam, tam externam, humilitatem, v. 1, 2, 3, 4. Ut pressius urgeat ad humilitatem et charitatem, Christi Domini proponit illis exemplum, qui cum in formâ Dei esset, nostri tamen amore semetipsum exinanivit, formam servi accepit, seque humiliavit usque ad mortem crucis : propter quòd Deus superexaltavit illum, v. 5, usque ad 11.

2° Hortatur ut cum tremore salutem suam faciant, et ut suis virtutibus quasi luminaria fulgeant inter paganos ; pro complendo sanctificationis illorum sacrificio per fidem et conversionem inchoato, sanguinem suum super eos libens et gratulans in libamen effundet, et v. 12 ad 18.

3° Promittit se ad eos missurum Timotheum et Epaphroditum, quos laudat et commendat à v. 19, usque in finem.

## PARAPHRASIS.

1. Si mihi vinceto et afflicto vultis aliquam secundum Christum consolationem exhibere ; si quod charitatis solatium impendere ; si qua vobis mecum est

animorum communio ; si qua erga me visceralis commiseratio ;

2. Gaudium quo me vestrà conversione cepistis

afflicere ; quo vestrà conversatione sanctâ, vestràque mecum in Evangelio propagando communicatione cumulastis ; hoc, inquam, gaudium implete : implebitis autem si idem sapiatis (sue credatis), si mutuum et parem charitatem habeatis ; si adeo unanimes sitis, ut idem sentiatis.

3. Ne contentiosè aut ambitiosè quidquam agatis, sed cum humilitate quisque proximum suum se ipso præstantiorem existimet.

4. Unusquisque non sua, sed aliorum commoda querat :

5. Is enim debet in vobis esse sensus et affectus erga vos invicem qui fuit in Christo Jesu erga nos omnes.

6. Qui cum in formâ, seu naturâ, Dei esset, seu cum esset naturâ suâ Deus, non prædam existimavit esse se æqualem Deo ;

7. Sed semetipsum evacuavit, exhaustit, et ex omni, quasi ad nihilum, redegit ; naturam servi, seu hominis mortalis, ultrò accipiens ; hominibus similis in naturâ factus, et specie etiam et figurâ externâ, ut quivis alius homo.

8. (Præterea factus homo), humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

9. Propterea Deus superexaltavit illum, id est, super omnia exaltavit ; et dedit illi nomen omnibus nominibus præstantius.

10. Ut ad nomen Jesu omnes creaturæ, cælestes, terrestres et inferne genu flectant, et Jesum adorent.

11. Et omnis lingua, in cælo, in terrâ, et subter terram, confiteatur quòd Dominus Jesus Christus eandem habet cum Deo Patre gloriam.

12. Itaque, dilecti mei (sicut ex quo credidistis Christo, semper obediistis), seu, quod hæcenus fecistis, salutem vestram operamini cum metu et tremore ; non tantum sicut, me præsentem, fecistis, sed multò instantius me absentem (ut pateat quòd ex animo et propter Deum agitis).

13. Quia Deus est qui pro suo beneplacito operatur in vobis et velle et operari, et bonam voluntatem et bonum opus.

14. Obedite autem sine murmuratione adversus superiorum mandata, et incunctanter, nihil hesitantes, facite illorum jussa ;

15. Ut sitis irrépréhensibles, seu ut nemo de vobis meritò queri possit ; sinceri et candidi sicut filii Dei, immaculati in medio nationis prave et perverse (infidelium) inter quos lugetis sicut cælestia luminaria lucent in mundo.

16. Lumen vivificæ fidei quo alios etiam illumi-

## COMMENTARIA.

VERS. 1. — Si qua ergo consolatio.... Istud si non dubitantis est, sed urgentis et instantis vehementer ; sicut cum dicimus : Si bene quid de te merui, etc.

VERS. 1. — Si qua ergo consolatio in Christo. Si vultis mihi vinceto et afflicto aliquam afferre consolatio-

netis et accendatis) conservantes et augentes in vobis ; ut ob vestram fidem gloriarì possim in die iudicii quòd non frustra laboravi in prædicando vobis Evangelio.

17. Quin etiam si contingat me immolari, et sanguinem meum, quasi libamen, super sacrificium et oblationem fidei vestræ effundi, gaudeo in memetipso, et congaudeo omnibus vobis.

18. Ob hoc ipsum gaudeat et vos, et mihi gratulamini.

19. Cæterum spero, adjuvante Domino, quòd vobis citò missurum sim Timotheum, ut leto et bono sim animo cum didicero quæ circa vos sunt, seu vos vestraque omnia bene se habere.

20. Neminem enim mecum habeo sic animo ac studio mihi conformem, quique tam germanè et sincerè salutis vestræ negotia curet.

21. Siquidem plerique sua commoda, suam utilitatem, suamque gloriam præferunt gloriæ Christi.

22. Timothei autem unanimes mecum concordie documentum accipite ex eo quòd mihi, sicut filius patri, subservivit in Evangelio prædicando.

23. Hunc igitur tantum ac lalem mittam ad vos, ubi videro quem exitum habitura sint vincula mea, seu quid de me futurum sit.

24. Spero et, Deo dante, quòd et ipse ad vos ibo quamprimum.

25. E re autem esse iudicavi præmittere Epaphroditum, fratrem in Domino, et cooperatorem in Evangelii prædicatione, et commilitonem, in sacra scilicet militiâ, sub Christo duce, vestrum autem episcopum, et per quem mihi vinceto vitæ necessaria subsidiaque multa subministrastis.

26. Quoniam ipse ardentem desiderabat revisere vos, et anxio sollicitus quia et vos de ipso solliciti eratis ob ejus ægritudinem.

27. Nam et usque ad mortem infirmatus est ; sed Deus misertus est ejus, eum à morte liberando ; et mei, ne tristitiam super tristitiam haberem si ad vincula mea accessisset talis amici jactura.

28. Festinantius ergo et sine morâ eum ad vos remisi, ut ad ejus adventum gaudeatis ; et ego quicquid sim animo nimirum ubi vos lectos esse cognovero.

29. Illum itaque cum omni gaudio in Domino suscipite, et ejusmodi homines honorate.

30. Quoniam ad mortem usque ægrotavit propter opus Christi (seu ut mihi vinceto et propter Christum incarcerationo inserviret) ; non habitâ ratione valetudinis suæ, vitam exposuit pro me, ut mihi nomine vestro obsequia præstaret quæ vosipsi non poteratis impendere.

Ardenter itaque et patheticè urget Apostolus, instatque tenerrimè, blanda blandis, tederat teneris aggerans. Sensus est : Si qua est in vobis me apostolum nem in Christo, id est, in negotio Christi, cuius ego sum apostolus.

vestrum, vinetum et afflictum, spiritualiter in Christo consolandi voluntas; si quod lenimen cordis ex charitate profectum mihi vultis impendere; si qua vobis mecum est animorum communicio; si qua charitas et mei miseratio.

**SOCIETAS SPIRITUS.** Græc., *κοινωνία πνεύματος*, communicio animorum, vel communicatio in uno spiritu, utpote ejusdem corporis commembra.

**VISCERA MISERATIONIS.** Græc., *viscera et miserationes*; id est, si qua charitas et miseratio; vel si qua visceralis commiseratio, id est, intima, tenerima, et quasi ab imis visceribus.

**VERS. 2. — IMplete GAUDIUM...** SYT.: *Implete gaudium meum, ut sit nobis una mens, et una charitas, et una anima, unaque sententia. Implete...* Non dicit afferre, date gaudium, sed implete, etc.

Jam superius initio primi capitis dixit quod cum gaudio pro ipsis gratias agat et oret, his verbis indicans quod ipsum multo gaudio affecterat; tum suam ad fidem conversione, tum suam sanctam et christianam conversatione, suamque cum illo in Evangelio propagando cooperatione, cumulatim; hoc, inquam, gaudium implete, perficite absolutam vestri per charitatem perfectione; quasi diceret: Ita regnet in vobis charitas, ut omnium vestram una sit mens, una voluntas, una anima, una sententia.

Adverte hic et nota ad quid tendat versus primi vehemens, ardens et tenera Pauli instantia; seu, quid petat à Philippensibus. Non rogat ut à periculis, à vinculis illum eximant, ut aliqui ipsi impertinent; sed ut sint unanimes, ut mutua sint charitate devincti. Tantum bonum est concordia, ut tam ardentem ab Apostolo desideretur. Ad eam pura charitas Pauli non querentis que sua sunt, sed que proximi. Bonum proximi, solatium Pauli. Hanc imitare charitatem. In omnibus stude concordie, stude et aliorum bono.

**VERS. 3. — NIHIL PER CONTENTIONEM, NEQUE PER INANEM GLORIAM; supple, facite, vel facientes.**

**SED IN HUMILITATE SUPERIORES.** Græc., *ὑποταξέσθε*, præstantiores, meliores.

**VERS. 4. — NON QUE SUA SUNT... SED EA QUE**

*Si quod solatium charitatis, id est, si quod solatium ex charitate profectum à vobis expectari potest.*

*Si qua societas spiritus; si declarare vultis vos eundem mecum habere spiritum.*

*Si qua viscera miserationis: Si quid, inquit, viscerum, id est, misericordie, in vobis est; si vultis aliquam erga me misericordiam ostendere.*

**VERS. 2. — Implete gaudium meum, id est, facite unde gaudium meum quod ex præclaris vestre conversationis initiis jam dudum concepi, impletur ac perficitur.**

*Et idem superius, q. d.: Implebitis gaudium meum si idem capitis, eundem charitatem habentes, id est, mutua erga vos invicem charitatem habentes ac resistentes.*

**ALIORUM; in Græc., sed et aliorum.** SYT.: *Nec de se quisque sit sollicitus, sed quisque etiam de proximo suo.* Istud et, seu etiam, indicat quod non omnis sollicitudo sui sit mala, sed ea que proximi est oblivisia, vel proximo nociva.

Adverte quod D. Paulus, concordie super omnia studiosus, in his versibus quatuor designat discordiarum principia, quibus quatuor opponit concordie causas et pacis principia. Dividunt mentis tenacitas, amor glorie, dominandi desiderium, proprie utilitatis nimia sollicitudo. Unium est contra pacemque fovendi mentis humilitas, contemptus glorie, amor dependentie, commodorum propriorum neglectus. Primo itaque discordie principio, mentis tenacitati nimie, propriique sensus amori, opponit mentis propria submissionem, IMPSCM SENTIENTES, v. 2. Secundo discordiarum capiti, amori glorie, opponit glorie contemptum: *Nihil per inanem gloriam*, v. 3. Tertio divisionum fonti, desiderio dominationis, opponit amorem dependentie, cordis humilitatem, *in humilitate superiores*, etc., v. 5. Quarto pacis hosti, proprie utilitatis nimie sollicitudini, opponit commodi sui neglectum, alieni curam. *Non que sua sunt*, v. 4.

**VERS. 5. — Hoc enim sentite...** Græc., *sentite*. Exemplo Christi Domini condicit quod jam verbis incepit, nimirum ad humilitatem et charitatem excitare fideles. Ut ergo eos etiam qui vel nature, vel gratie donis excellunt excitet ad sese sub aliis humiliandum, sicut v. 5 docuit: *In humilitate superiores sint invicem arbitantes*, affert exemplum Christi, Filii Dei, qui, licet ab æterno Deus et Deo æqualis, et consequenter rerum et creaturarum omnium Dominus, tantam majestatem quasi exiit in incarnatione, ut formam servi indueret.

Ut autem eos qui sua querunt in omnibus confundat, et exemplo Christi Domini doceat proximi salutem suis commodis præponere, affert exemplum Christi Domini, qui in tota sua mortali vita non sibi aut suis commodis studuit, sed nostre salutis; propter quam factus est obediens usque ad mortem, etc. Sensus igitur est: Is enim debet in vobis esse sensus et affectus humilitatis et charitatis erga vos invicem, qui fuit in Christo Jesu erga nos omnes. Quasi diceret: Christiani estis, Christi discipuli et sectatores estis; Christum itaque imitemini, quicumque, quantique sitis.

*Unanimes, id ipsum sentientes. Unanimes sunt, qui unum idemque sentiunt, idem velint, idem nolint.*

**VERS. 5. — Nihil (supple facientes) per contentiones, irritationem, quæ scilicet alios ad contentiones et lites provocet, neque per inanem gloriam.**

*Sed in humilitate superiores sibi invicem arbitantes; sed per humilitatem quisque alium se superiorem et præstantiorem arbitretur et existimet.*

**VERS. 4. — Non que sua sunt, etc.; q. d.: Ut charitatem mutua, ad quam vos hortor, foveatis, satagite ut quisque non sua, sed aliorum commoda spectet, quaerit, consecetur.**

**VERS. 5. — Hoc enim sentite in vobis, etc.** Sensus est: Is affectus sit in vobis erga vos invicem, qui et in Christo fuit erga nos; ipsum imitanti.

**VERS. 6. — Qui cum in forma Dei esset.** Græc.: *Qui in formâ Dei existens.* Per formam Dei omnes sancti Patres intelligunt naturam Dei, sicut per formam hominis significatur natura hominis, qui ratione creationis sue servus est Dei. Videatur præsertim D. Joannes Chrysostomus, videatur et D. Thomas. Hoc idem breviter et solidè probatum reperies apud P. Cornelium à Lapide, qui etiam rejicit commentarium D. Ambrosii perperam ascriptum et quem sequuntur Erasmus et Grotius, qui, post hunc Ambrosium, per formam Dei intelligunt, non ipsam divinitatem, sed divinitatis specimen, quod Christus per miracula dabat. Sed ex mente sanctorum Patrum intelligenda est Scriptura, per quos constantem habemus Ecclesiarum traditionem, que cum Scripturâ est fidei nostre regula. Sensus ergo est: Qui cum verus esset Deus, Deo Patri coequalis et consubstantialis: et consequenter super omnes homines et creaturas qualibet infinities elevatus, utpote Creator et rerum omnium Dominus.

**NON RAPINAM ARBITRATUS EST ESSE SE ÆQUEM DEO; Græc., Non prædam reputavit esse parvâ Deo,** id est, pariter se æqualiter Deo. Cum esset, inquam, verè Deus, unius cum Patre substantie et essentie, non rapinam arbitratus est, sentire, dicere, profiteri se æqualem Deo. Sciebat se naturâ suâ Deo per omnia æqualem esse, non verò rapinâ, quem attentavit Lucifer, dicens: *Similis ero Altissimo.* Poterat ergo jure et sine ullâ rapinâ sese omnibus non tantum hominibus, sed et creaturis præeminere et dominari.

**VERS. 7. — SED SEMETIPSUM EXINAVIT...** et tantum abest ut ita se gesserit, seu, ut hanc suam cum Deo æqualitatem ostentaverit, et ob illam inter homines præemptiam et dominationem affectaverit; quinimò hanc suam æternam majestatem, et cum Deo æqualitatem elavit et abscondit sub formâ servi, seu naturâ hominis, quam in incarnatione assumpsit.

**IN SIMILITUDINEM HOMINUM FACTUS...** in quâ, et per quam incarnationem, qui Deo connaturalis et coequalis erat, hominibus in naturâ similis factus est, ipsis connaturalis et similis interfuit.

**ET HABITU INVENTUS UT HOMO,** et etiam exterioris (celatâ omni majestate Dei) schemate, seu figurâ externâ visus est, ut quivis vulgaris homo; et consequenter qui rerum omnium Dominus erat, servus factus est. Is ergo sit in vobis humilitatis sensus: Quicumque Christiani estis, quanti qualesque sitis, vel in na-

**VERS. 6. — Qui cum in formâ Dei esset.** Forma Dei, est natura Dei, divinitas, et Deus ipse. Ita Chrysost., Hilarius, August. *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo; q. d.: Non rapinam arbitratus est (subaudi, se facere, cum sentiret et diceret) esse se æqualem Deo, ut cum dixit: Ego et Pater unum sumus, Joan. 17, quia quod sentiebat et dicebat, sibi que attribuebat, id ipsum reipsâ erat: unde quod natura, non putavit esse rapinam. Ita Augustin. Rapina hec est arrogantia vel arrogantia effectus: rapere enim alterius gloriam, est eam sibi arrogare.*

**VERS. 7. — Sed semetipsum exinavit formam servi accipiens; q. d.: Christus, cum ante incarnationem**

turâ, vel in gratiâ, vel in mundo, exinanite vosmet ipsos, fratrumque vestrorum servi et ministri estote. Hunc puto naturalem Apostoli sensum, et patere mihi videtur ex apostolice sermonis contextu.

*Nota literalis.*

Ut ergo mentem Apostoli plenius capias, recordare scopi ad quem tendit, flumque sermonis attende. Vult ut cum humilitate quisque proximum suum semetipso præstantiorem existimet, ipsique tanquam superiori libenter sese subdat. Vide v. 5. Huic humilitati obstat præcipientium, seu in naturâ, seu in fortunâ, seu in gratiâ; ut hoc obstaculum vincat Apostolus, et omnes, etiam qui præ aliis eminent, aut in quocumque genere præcellunt, ad humilitatem excitet, affert exemplum Christi Domini, qui cum Deus esset, Deo æqualis, super omnes creaturas infinities elevatus, ob hanc tamen suam præminentiam, hic honores mundi non quæsit, sed illam quasi celans et abscondens sub formâ servi, *exinavit semetipsum.* Supremam majestatem suam quasi evacuavit, formam servi induens: servus enim factus est in incarnatione, et ut servus obedit usque ad mortem atrocem et infamem crucis.

Hujus itaque ineffabilis exinanitionis memores, vosmet ipsos exinanite, quicumque sitis, ô Christiani, fratrumque vestrorum servi estote.

Et hæc quoad Apostoli mentem capiendam sufficient, sed verba rursus explicanda: *Semetipsum exinavit; Græc., evacuavit;* non deponendo naturam divinam, sed illam celando, et assumendo naturam humanam, que quasi nihilum est et inane. *Formam servi accipiens*, id est, hominis, qui ratione creationis sue servus est Dei. Hic non omittemus puto D. Thomæ notam in verbo *exinavit*: Inane opponitur pleno, ait Angelicus doctor; Divinitas est omnis esse plenitudo; humanitas et omne creatum, est mera dependentia, et quasi nihilum; Divinitas, omne bonum; humanitas, tabula rasa et quasi inane. *Exinavit ergo*, ex pleno vacuus ex omni nihilum factus est; celatâ omni suâ majestate, æternitate, infinitate, potentia, etc., infantulus, parvus, infirmus, etc., factus et visus est. *In similitudinem hominum factus*, id est, similis factus omnibus aliis hominibus in naturâ: ejusdem cum illis substantie; verus homo interius et substantialiter. *Et habitus...* Græc., *schemate*, id est, specie etiam et externâ figurâ, ut servus factus est. Is ergo sit in vobis humilitatis sensus: Quicumque Christiani estis, quanti qualesque sitis, vel in na-

esset Deus, Deoque æqualis, seipsum tamen postea exinavit quando per incarnationem formam servi accepit, factusque est ex Domino servus, ex Deo homo, ex creatore creatura.

*In similitudinem hominum factus*, id est, similis hominibus factus, et habitu inventus ut homo. Vult dicere Apostolus Verbum æternum et invisibile ita assumpsisse formam et naturam hominis, ut illam hominibus spectandam objecerit, et per speciem ac figuram corporis humani à se assumpti, hominum oculis visibilis apparere viderique voluerit; itaque ab hominibus visus et inventus sit ut homo; ut *homo*, id est, verus homo.

Hæc tria, *formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, habitu inventus ut homo*, perfectam notant exanitionem, seu evacuationem. Quasi diceret: Qui Deo conaturalis et consubstantialis erat, hominibus conaturalis et consubstantialis factus fuit: qui Deo per omnia equalis, erat omnipotens, æternus, immensus, etc., hominibus similis et equalis, factus est infirmus, temporalis, parvus; qui Deus erat et per effectus apparebat, rerum omnium Dominus, celatâ omni majestate et omnipotentâ, homo vulgaris, servus et obediens visus est et omnibus apparuit. Tantum et tale dedit nobis humilitatis exemplum? Is ergo sit in vobis sensus, vestras celate præminentias, illas abscondite, vosmetipsos exanitate, ut aliorum servos vos exhibeatis. Tandem erubescat homo superbus esse, propter quem Deus factus est humilis, D. Augustinus. Insanabilis illa superbia est, quam tanta non curat humilitas.

VERS. 8. — HUMILIAVIT SEMETIPSUM FACTUS OBIEDIENS... Attende nunc et vide cum humilitate charitatis exemplum: Factus homo, non sive studuit utilitati, sed nostræ salutis; propter quam humiliavit semetipsum, et obediit usque ad mortem et mortem doloribus et ignominia plenam. Voluntas humana ad duo tendit, ait D. Thomas, ad vitam et ad honorem: Christus propter nos non recusavit mortem, nec fugit ignominiam. Et propter fratres nostros modicum quid pati reformidabimus!

*Observatio moralis.*

Christus Deus, Deoque equalis, propter meam salutem factus est obediens... Obediit Deo, cuius servus factus est in Incarnatione; non sicut ego velle, sed sicut tu, Matth. 26. Obediit hominibus, à quibus capi, torqueri, damnari et tandem se crucifigi passus est. O immensa charitas! ò ineffabilis humilitas!

HOC SENTITE IN VOBIS. Utraque ab omnibus Christicolis sentienda quidem, sed à nullo prorsus concipiendi; senti propter, concipi non potest. Hinc D. Paulus nobis dicit: *Hoc sentite*; non dicit, concipite; cordis opus hoc est, non mentis. Taceat ergo mens, silcat lingua; at sentiat cor quid sit Deum pro nobis obedire, pati, mori. Hoc tu solus nôsti, ò Deus! hoc tu solus comprehendis! sed da cordi me sentire quod Deo propter me exanitate debeat; quid Deo propter me usque ad mortem, mortem autem crucis obediens, debeat.

VERS. 8. — HUMILIAVIT SEMETIPSUM, etc. Intellegitur autem obedientia, quâ voluntatem suam humanam, perfectè conformavit æterno decreto Patris; q. d.: humiliavit se per obedientiam, sive dum obediit Patri usque ad mortem crucis. Christus humiliavit se, et obediit non quâ Deus est et Verbum, sine enim Patri non est subditus, cum sit illi par; sed quatenus formam servi accepit, seu quatenus est homo.

VERS. 9. — PROPTER QUOD ET DEUS EXALTAUIT ILLUM. Græcè, *superexaltavit illum*, id est, in summam exitum sublimitatem, ad vitam scilicet et gloriam immortalem super omnes angelos et cœlos statuens Christum ad dexteram Dei. Et donavit illi nomen quod est super omne nomen, id est, quo nihil excelsius nominari potest. Nomen Dei, est ipse Deus, et divinitas, cuius majestas, potentia, et gloria ab omnibus et super omnia nominatur et celebratur. Hinc, Apoc. 5, dicitur

Hujus sensus effectus erit in corde meo profunda humilitas, perfecta et universalis obedientia. Deo et propter Deum, hominibus obediens, humilis, ipseque, in salutis præsertim negotio, humilis et cum charitate ministrabo.

VERS. 9. — PROPTER QUOD ET DEUS EXALTAUIT ILLUM. Post humilitatis et obedientiæ exemplum, ostendit exaltationis fastigium, ut nos omnes, spe similis exaltationis futuræ, excitet ad imitandum Christi Domini charitatem et humilitatem. Propter quod, seu, quia humiliavit se, et factus est obediens..., idè exaltavit, Græcè, *superexaltavit*, seu, super omnia exaltavit: illum scilicet à mortuis suscitando et super omnes creaturas, ad dexteram suam collocando. Nota Christum à Deo exaltatum tribus modis ipsius humilitationis correspondentibus. Primò, dedit illi nomen super omne nomen, Dei scilicet nomen, ut Deus agnitus est, qui creatura, homo, servus factus est; seu qui servi formam induit; secundò, omnes subditæ creaturæ ei qui factus est obediens Deo et hominibus; tertio, vult ut omnes credant et confiteantur quòd in gloriâ Dei Patris sit ille, qui ut homo vulgaris apparuit, quique pro nobis crucis ignominiam cum latronibus subit. Ita qui se humiliaverit, exaltabitur, et quò sese profundius humiliaverit, eo excelsius et gloriosius exaltabitur; æterna nostra gloria, temporali nostre humiliatiõni respondebit.

ET DONAVIT ILLI NOMEN QUOD EST SUPER OMNE NOMEN, id est, quo nihil excelsius nominari potest. Hoc nomen quod omne aliud infinitè superat, est nomen Dei, seu Filii Dei; fama divinitatis, quam post resurrectionem suam et in cœlum ascensionem præsertim habuit; ut nobis crucis ignominiam cum latronibus subit. Hinc dicitur quòd Deus illi nomen dedit, quando rem nomine significatam, omnibus fecit innotescere. Non malè tamen ab aliis hoc ipsum intelligitur de nomine Jesu, seu Salvatoris, quia, licet illud habuerit à conceptione, illud tamen propriè complevit in morte, tuncque verè et perfectè se Jesum et Salvatorem exhibuit.

VERS. 10. — UT IN NOMINE JESU OMNE GENU, ita ut omnes omninò creature, seu quæ in cœlis sunt, angeli scilicet et anime beate; seu quæ in terris, homines nimirum; seu quæ in inferis, seu limbo, seu purgatorio, seu inferno (dæmones enim licet coactè Christum adorant); omnes, inquam, creature ad nomen Jesu, seu hominis illius qui Jesus vocatur, Christo

Agnus, qui occisus est, accipere divinitatem, non quasi eam acciperet primùm post mortem et resurrectionem; constat enim eam habuisse à primo instanti incarnationis suæ; sed quòd eam acciperet in notitiâ et famâ apud homines in toto mundo, ut nimirum omnibus innotesceret, omnesque crederent Christum esse verum Deum Deique Filium, emque, ut talem, colerent et celebrarent.

VERS. 10. — *Ut in nomine Jesu*, etc. Jesus, id est, Salvator, et ipsa salus. Nomen Jesu, est nomen proprium Verbi incarnati. Jesus fons est et principium gratiæ, gloriæ et salutis. Cœlestes sunt angeli et anime beate: terrestres, homines in terris agentes; inferna, id est, subterraneorum, qui sub terra degunt, nota eorum qui expiantur in purgatorio, et eorum qui damnati sunt in inferno, sive homines sint, sive dæmones, ait Anselmus.

genoflectant, Christum adorent, Christo tanquam Domino ac Deo suo sese subjiciant. Hoc ex parte quidem complectitur nunc, sed perfectè complebitur in extremo iudicio, sicut et quod sequitur.

VERS. 11. — ET OMNIS LINGUA... COELESTIUM scilicet, TERRESTRIUM ET INFERNORUM, id est, omnes creature confiteantur Christum rerum omnium Dominum esse, et eandem cum Patre suo gloriam habere. Hujus est vos divini gloriæ participes critis, ò Philippenses, si Christi humilitatis et charitatis fueritis imitatores.

VERS. 12. — ITAQUE, CHARISSIMI MEL... Hæc vox, itaque, notat sequentium cum præcedentibus connexionem et illationem illorum ex istis.

Ut igitur totam Apostoli mentem in his paucis verbis intelligas, recordare priùs ab eo dictorum. Initio capitis hortatus est ad concordiam, ad charitatem, ad humilitatem, etc. Ut pressius ad has virtutes excitaret, Christi humilitatis, charitatis, obedientiæ et exaltationis exemplum proposuit. Attende nunc conclusionem, seu adducti exempli applicationem: *Itaque, charissimi mei, sicut semper obedistis*, supple, obediite. Primò, Philippenses hortatur ut intuitu obedientiæ Christi, obediant et ipsi, si gloriæ et exaltationis Christi velint esse participes; quasi diceret: Sicut Christus obediens fuit, ita et vos obedite; secundò, hortatur ut propter Deum, non propter homines tantum obediant.

NON UT IN PRÆSENTIA MEI TANTUM, id est, non quasi me reverentiam presentem; quasi diceret: Non mei causâ, sed Dei vos intuentis gratiâ, obedite divinis ejus præceptis de concordia, de charitate, etc., à me supra traditis.

Tertiò, quia hucusque obediunt Philippenses, ut ipse testatur Apostolus: *Sicut semper obedistis*; et cap. 4, v. 5: *A primâ die usque nunc*. Ne fortè segnescant in posterum, vel ob suam obedientiam, et in bonis operibus perseverantiam, efferantur animo, monet ut sedulo et humiliter suam salutem per bona opera perficiant.

CUM METU ET TREMORE SALUTEM VESTRAM OPERAMINI. Non tantum dixit: *operamini*, ut notat D. Chrysostomus, sed: *accipite salutem*, sedulo et magno cum studio operamini. Ecce sedulitatem in bonis operibus requisitam, addit: *Cum metu et tremore*; ecce humilitatem. Ad utrumque autem excitat quod adjungit: *DEUS EST ENIM QUI OPERATUR IN VOBIS...*; et bona voluntas, et bonum opus sunt à Dei gratiâ, non à nostris viribus. *Deus est qui operatur* ET VELLE ET

VERS. 11. — *Et omnis lingua* (cœlestium, terrestrium et infernorum, ut præcessit) *confiteatur quia* (quòd) *Dominus Jesus Christus in gloriâ est Dei Patris*. Et omnes confiteantur, Jesum Christum esse Dominum, et quòd quidem ejus dignitas et dignitatis agnitio credit ad gloriam Dei Patris; quia gloria Patris est exaltatio illi.

VERS. 12. — *Itaque, charissimi mei* (sicut semper obedistis), admonens, ut, sicut antea semper ex quo fideles esse creperant, exemplo Christi obediens se præstiterit Dei præceptis ab Apostolo traditis; ita faciant deinceps, si gloriæ Christi participes fieri ve-

PERFICERE. Quid superbis? quid gloriaris de bonâ voluntate, aut bono opere? *Quid habes quod non acceperis?*

DEUS utrumque operatur pro suâ bona voluntate; time, age sedulo, corresponde gratiæ fideliter, ne vel tuâ superbiâ, vel tuâ segnitie offensus, te deserat, suam subtrahendo gratum operationem. Itaque cum metu et tremore salutem vestram sollicitè et accuratè operamini.

Vides quàm hæc inter se connexa sint, et quàm paucis verbis multa conficiat Apostolus, plura mente cogitans quàm verbis formalibus exprimens, sed ex præcedentibus colligenda relinquens.

Ecce quòd ad sensum et mentem Apostoli, nunc ad verba:

ITAQUE, CHARISSIMI MEI, SICUT SEMPER OBEDISTIS, ita et nunc obedite. Quòd hactenus fecistis, et nunc facite, salutem scilicet vestram sedulo operamini, cum METU ET TREMORE.

OPERAMINI, inquam, et sedulo et humiliter.

VERS. 15. — DEUS EST ENIM QUI OPERATUR IN VOBIS ET VELLE ET PERFICERE PRO BONA VOLUNTATE. A Deo, inquam, non tantum perficere, seu bonum opus; sed et velle, seu bona voluntas. Hinc humiles estote, et time te vos ob vestram superbiâ deserat suamque vobis subtrahat gratiam. Dat, inquam, *velle et perficere*, non ob vestra merita, sed pro suo beneplacito; hinc seduli et fideles estote; cooperamini, consentite ipsius gratiæ prævenienti. *Spiritus enim ubi vult spirat, et nescis... quò veniat, aut quò vadat.*

*Observatio dogmatica et moralis.*

Ad majorem horum intelligentiam, nota quòd in Scripturis nostræ salutis operatio, bonum opus, bona voluntas, nostra conversio et sanctificatio, adscribantur nunc Deo, nunc nobis, interdum utrisque. Et reverè sunt à Deo tanquam à causâ principis; et sunt à nobis liberè cooperantibus. A Deo quidem, ut à causâ principis, est bona voluntas, bonum opus, etc., nostra salus, quatenus per gratias prævenientes, excitantes, Deus illuminat intellectum, bonas illi cogitationes immittendo; et voluntatem excitat, illi pios affectus in motu indendo. Et hæc gratiæ prævenientes et excitantes, seu bonæ cogitationes, seu pii affectus et motus, à Deo sunt pro bonâ voluntate suâ, id est, gratis omninò subministrantur: nec cadunt sub meritum. A nobis autem est bonum opus, nostra salus, etc., quatenus gratia Dei non excludit nostri liberi arbitrii cooperationem, imò includit. Licet enim Deus primùm cogitare, seu primas gratias prævenientes et excitant-

lit. Non ut in præsentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia meâ. Ita in eo quòd hactenus facitis, facere pergatis.

VERS. 15. — *Deus est enim*, etc. Hortor, inquit, ut cum metu et tremore vestram salutem operemini: quia nec velle nec operari consistit in vestris viribus; sed Deus est qui per suam gratiam utrumque in vobis operatur. Deus operatur velle per gratiam prævenientem et excitantem, quâ intellectum illuminat, immittendo illi bonas cogitationes, etc.: excitat voluntatem et affectum, pios motus, etc. Deus hæc tria, scilicet cogitare, velle, perficere, operatur in vobis: primùm,

tes in intellectu et voluntate operetur in nobis, sine nobis; velle tamen, seu consentire gratis prevenientibus, non nisi nobiscum operatur; sicut perficere, seu bonum opus exsequi, per nos operatur. Ut enim bene docet D. Bernardus, libro de Gratia et Libero Arbitrio, sub finem, cogitare, velle, perficere, Deus operatur in nobis; primum sine nobis; secundum nobiscum; tertium per nos. Sic autem ista cum libero arbitrio operatur, ut tantum illud in primo preveniat, in cæteris comitetur; ad hoc utique preveniens, ut iam sibi deinceps cooperetur. Hinc humiliter et graviter faciendæ salutis nostræ: humiliter quidem, quia primam et principaliter à Deo; graviter verò, quia etiam à nobis sedulo cooperantibus. Humiliter, inquam, quia à Dei bonâ voluntate et purâ misericordiâ prima gratie prevenientes et excitantes: diligenter ac sedulo, quæ non nisi nobiscum et per nos operantur; cavenda itaque omnis superbia, omnisque segnitias.

VERS. 14. — OMNIA AUTEM FACITE SINE MURMURATIONIBUS ET MEDITATIONIBUS. Græc., *disceptationibus*, seu dissidiis. Dixerat v. 5: *Nihil per contentionem...*; ad hoc respiciens dicit nunc ut exemplo Christi, qui velut agnus ad mortem ductus est, obediant sine murmuratione, et inexcitantur superiorum iussa perficiant.

VERS. 15. — UT SITIS SINE QUERELA. Græc., *irreprehensibilis*. Syr., *perfecti*. Ambrosianus, *irreprehensibilis*, id est, tales sitis ut nemo de vobis merito queri possit.

SIMPLICES, id est, candidi: opponit simplices murmurantibus et disceptantibus. Qui simplices sunt et candidi, nec murmurant nec disputant; omnia in meliorem partem interpretantur; quæ sua sunt pacificè agunt, quemque suo relinquunt officio et iudicio.

FILII DEI. Græc., *ἄνευ ἁμαρτίας*, filii Dei immaculati, inculpato. Hinc patet quod filii Dei non sit iungendum cum simplicibus; sunt enim diversi generis, sed vel legendum separatum, vel, ut in Græco, iungendum cum sequenti, filii Dei inculpato, id est, sicut decet filios Dei, inculpato ducite vitam.

IN MEDIO NATIONIS...; quasi diceret: Eò magis inculpato sitis quò degitis inter infideles, qui de vestris etiam bonis operibus male dijudicant.

scilicet cogitare, sine nobis; secundum, scilicet velle, nobiscum; tertium, scilicet perficere, per nos facit. Ita Bernardus. *Pro bonâ voluntate*, non hominis, sed Dei; est enim Græce beneplacitum, ultronea propensaque affectio.

VERS. 14. — Omnia autem facite, etc. Reddit ad verbum tertium, ubi iussit ut nihil agant per contentionem, nec per inanem gloriam: ex his enim oriuntur murmurationes et læsitationes, hoc est, disceptationes.

VERS. 15. — Ut sitis sine querela, irreprehensibilis, id est, tales de quibus nemo possit conqueri.

Et simplices, id est, integri, sinceri, innoxii. Filii Dei sine reprehensione, immaculati, ut sitis sine querela et simplices, quemadmodum decet filios Dei filios, id est, ex Dei imitatione vitam ducentes inculpato, et in quos non cadat reprehensio.

In medio nationis pravæ et perversæ: inter quos lucetis

INTER QUOS LUCETIS; potest etiam verti, *lucete*, in imperativo: ita Syrus qui totum hunc versum sic traduxit: *Ut sitis perfecti, absque novo, tanquam puri filii Dei, qui habitavit in generatione asperâ et tortuosâ; et præbetet vos inter eos tanquam luminaria in mundo, hucusque Syriaca versio.*

Observatio moralis.

Hic Philippensibus dicit Paulus quod Christus omnibus suis discipulis dixit: *Luceat lux vestra coram hominibus...* Christianus itaque, ut filius Dei, debet esse exemplo vitæ quasi stella fulgens in cælo, quasi quedam terrestris stella. Vel quasi fax in alto posita, ut aliis hominibus, in mundi pelago navigantibus et naufragantibus, portum salutis ostendat, iter ad cælum sanctæ conversatione suâ demonstrat errantibus. Si hoc de quolibet Christiano, quato magis de religioso, de sacerdote, de prælato? Sed leui! quò in Ecclesie cælo stellæ sunt sine lumine? Quot faces non fulgentes, sed fumantes, non iter salutis, sed æternæ damnationis viam demonstrantes, imò et ad eam suis scandalis pertrahentes?

VERS. 16. — VERBUM VITÆ RETINENTES, id est, conservantes. Potest etiam verti: Verbum vitæ, seu faciem vitæ, sustinentes, in vertice tenentes, aliis prætendentes, ut in portum salutis lumine vitæ vestræ invelantur. Sed melius puto si intelligatur per comparisonem ad luminaria; sicut sol et luna et stellæ vitam dant animalibus et plantis, sic et vos tanquam luminaria luminæ vivificæ fidei illuminatæ, accendite, convertite.

AD GLORIAM MEAM IN DIE CHRISTI, id est, ut de vobis gloriatur in die iudicii, ob copiosum scilicet in vobis Evangelii à me prædicati fructum. Nota quod Paulus in die iudicii tantum et coram Deo vult de prædicationis suæ fructu gaudere et gloriari; optat quidem hunc fructum semper, at illum gustare vult in cælo tantum. Hic laborandum, seminandum; ibi messis et merces erit.

VERS. 17, 18. — SED ET SI IMMOLOR. Græc., *libor*. Sacrificii duæ partes erant, scilicet victima, v. g., bos, vitulus, aries, etc., et libamen, v. g., vinum, oleum, etc. Victima solemnè ritu per levitas et sacerdotes preparabatur; deinde super eam fiebat libatio. Ad hoc alludens D. Paulus, Philippenses ut victimas

sicut luminaria in mundo. Monet ut in nocte huius seculi quasi stellæ resplendant et refringant. Vult ut Christiani sint quasi stellæ, quæ in cælo fixæ non euntur terrena, sed totæ intendunt ut suos cursus et motus peragant, lucemque spargant mundo, inquit Anselmus.

VERS. 16. — Verbum vitæ continentis; id est, lumen vivificæ fidei vobis prædicatæ in vobis habentes, conservantes ac retinentes.

Ad gloriam meam in die Christi; id est, ad gloriationem mihi in die Christi, id est, in die iudicii, quæ erit dies Christi iudicis, declarans summam ejus potestatem, dominium et imperium.

Quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboravi; in prædicando vobis Evangelio; id est, quod per meam prædicationem egregie profeceritis, ac luminæ quedam mundi facti sitis.

VERS. 17. — Sed et si immolor supra sacrificium, etc.;

considerat quas Deo per Evangelii prædicationem paraverat. Quòd si, inquit, super sacrificium et oblationem fidei vestre necessaria sit sanguinis mei libatio, gaudete de tanto honore, scilicet quòd sanguis meus sit sacrificii vestri consummatio; et vos ob hoc ipsum gaudete et congratulamini mihi, tanquam de bono meo. Lenit dolorem Philippensium qui timebant ne Paulus à Nerone occideretur; tantum abest ut id timeri vellet, quin imò et desiderat illud, et vult ab illis desiderari, ut bonum et suum et illorum.

OSSEQUIUM, Græc., *liturgia*, sacrum ministerium. Prædicatio est mystica liturgia; per eam victimæ Deo preparantur: in hoc sacrificio, concionator est quasi sacerdos; auditores, quasi victimæ; prædicatio, quasi victimæ preparatio; Spiritus sanctus, seu charitas, quasi ignis, quo comburi debet victima. Vide Rom. 15, v. 16. Idem intellige de directione animarum: fiat in spiritu sacrificii et oblationis: director animas fideles sibi subditas consideret ut victimas, sancti Spiritus igne sanctificandas, utique ministerio comburendas. Felicem se reputet si pro illarum salute vitam impendat, pro quibus et Christus mortuus est. Non se utaque querat in illis temporalia, sed super illarum devotionis sacrificium et oblationem libari desideret.

VERS. 19. — SPERO AUTEM IN DOMINO JESU, TIMOTHEUM... Philippenses Epaphroditum miserant ut res Pauli cognoscerent Paulumque sublevarent: nunc Paulus promittit Timotheum se citò missurum ad Philippenses ut res eorum cognoscat, eorumque salutis negotium promoveat.

UT ET ECO... vicem rependit: hinc superior nihil negligit eorum quæ majorem possunt charitatis unionem conciliare.

VERS. 20. — NEMINEM ENIM HABEO TAM UNANIMEM... Timotheum laudat ex duobus. Primò, ex unanimitate, unione, concordia, seu conformitate animi cum Paulo, cui servit ut Filius patri. Secundò, ex zelo

q. d.: Magni gaudii materia vobis erit, valdeque vobis gaudendum erit, si me immolatum pro fide Christi et vestra, martyriæ affectum audieritis.

VERS. 18. — Idipsum autem et vos gaudete, etc. Gaudeatis, inquam, de bono vestro quòd iam habetis; Verba sunt consolantis eos, ne de ipsius morte, si contingat, tristrentur, sed potius gaudeant.

VERS. 19. — Spero autem in Domino Jesu, Timotheum me citò mittere ad vos. Ob id nimium ut rerum nostrarum ac profectus evangelicæ certiores vos faciat. Quòd utique cedit ad gaudium et consolationem vestram.

Ut et ego bono animo sim cognitis quæ circa vos sunt. Supponit autem Timotheum bona ac læta de Philippensibus renuntiaturum; utpote ex animo sollicitum quò res Philippensium bene se habeant.

VERS. 20. — Neminem enim habeo tam unanimum. Neminem alium habeo quò pari mecum animo et studio curet ea quæ sunt Jesu Christi.

Qui sincerâ affectione pro vobis sollicitus sit, qui germanè, verè, cordatè, ea quæ circa vos sunt, id est, res vestras, curabit.

VERS. 21. — Omnes enim quæ quæ sunt querunt, etc. Querunt autem sua, non quæ Jesu Christi, qui privata commoda præponunt gloriæ Christi, etiam in eo quòd Christi negotium agere videntur. Omnes, id est, plurimi, valde multi.

sincero et germano erga Philippensium salutem. Unanimem. Græc., *ἁπολυγῶν, parus animi*; *ἁποφύγῳ, paritas animi*. Syrus, qui sit ad mentem meam. Timotheus pari animo, pariter sinceritate zeli, Philippensium curam gerebat.

VERS. 22. — EXPERIMENTUM EJUS COGNOSCITE. Alii legunt, cognoscitis: nòtis per experientiam, etc. Fuit cum Paulo Philippis. Hoc probat unanimum Timothei concordiam, fidelemque in Evangelio predicando obedientiam. Vide paraphrasim.

VERS. 25. — HUNC IGITUR SPERO. Vide paraphrasim.

VERS. 24. — CONFIDO AUTEM. Vide paraphrasim.

VERS. 25. — NECESSARIUM EXISTIMAVI EPAPHRODITUM... Timotheum et se promissit; Epaphroditum autem premitit, quem ob quinque laudat. Primò, quia FRATER, id est, Christianus. Secundò, quia COOPERATOR, id est, adiutor et particeps laboris in Evangelii prædicatione. Tertio, quia COMMILITO, id est, in hac sacrâ militia, sub Christo duce, periculo-rum particeps. Quarto, quia APOSTOLUS Philippensium, id est, episcopus, ait Theodoretus: legatus, seu nuntius ad Paulum, ait Theophylactus: doctor Philippensium, ait D. Joannes Chrysostomus. Quintò, quia MINISTER NECESSITATIS MEÆ, id est, qui mihi victo et incarcerato necessaria ministravit, multaque obsequia præstitit. Hinc collige episcopi excellentias: frater est apostolorum in fide; cooperatur ipsorum in ministerio; commilito in sacrâ militia; apostolus in sua diocesi, pæperum et afflictorum ministrator et procurator, et pater. Caveat autem episcopus ne vacua relinquat tot et tanta nomina.

VERS. 26. — QUONIAM QUIDEM OMNES VOS DESIDERABAT... Rationem tunc quæm cur Epaphroditum remisit, tum ex parte Epaphroditii; quia desiderabat, etc., hic, tum ex parte Philippensium, ut viso eo GAUDEATIS, v. 28, tum ex parte Pauli: *Et ego sine tristitia sim*, v. 28.

VERS. 22. — Experimentum autem ejus cognoscite, etc.; id est, experimento discite, probate qualis sit cum apud vos erit, et videbitis me non vanè eum commendasse.

VERS. 25. — Hunc igitur spero me mittere ad vos, etc.; hunc igitur spero me ad vos missurum, statim ut videro qualem sint exitum habituræ res meæ, negotia meæ, vincula meæ.

VERS. 24, 25. — Confido autem in Domino... Necessarium autem existimavi, scilicet ad consolationem vestram, interim dum Timothei ad vos profectio differtur, Epaphroditum fratrem, etc., id est, premittere ante Timothei adventum; cooperatorem, scilicet in Evangelio, et Evangelii prædicatione ac propagatione; apostolum, id est, doctorem; qui eos in fide post Pauli discessum instruxerat, inquit Chrysost.; *Apostolum*, id est, episcopum, inquit Theodoretus et Baronius; *ministrum necessitatis meæ*; quia Paulo victo necessaria vitæ alimenta à Philippensibus submissa deferret, et obsequia præstabat.

VERS. 26. — Quoniam quidem omnes vos desiderabat, supple videre et revivere; et mestus erat, anxius erat et anxie sollicitus. Græcum verbum significat gravem animi moerorem, ut cum quis penè examinatur, ac præ dolore deficit: *propterea quòd audieratis illum infirmatum*. His verbis tacitè commendat insignem Epaphroditii erga Philippenses suos amorem;

ET MESTUS ERAT. GRÆC., *anxius*. Ambrosius, *impacienter sollicitus erat.*

VERS. 27. — NAM ET INFIRMUS EST. Vide paraphrasim.

VERS. 28. — FESTINANTIUS, id est, studiosus, sine mora.

ET EGO SINE TRISTITIA SIM. GRÆC., *minis trister*, seu minus habeam tristitiæ; SYR.: *Ut mihi levior sit animæ aegritudo*. Nonquam sine dolore aut tristitia Paulus: *Quis infirmatur et ego non infirmor?* etc., 2 Cor. 21, sed aliquando plûs, aliquando minus tristis.

VERS. 29. — EXCIPITE ITAQVE ILLUM CUM OMNI GAUDIO IN DOMINO; id est, cum gaudio spirituali et christi-

ut pote ex quo tam moestudo quam desiderium hoc proficebatur.

VERS. 27. — *Nam et infirmus est usque ad mortem: id est, ita ut esset morti vicinus; sed Deus misertus est ejus, scilicet eripiens eum periculo, et sanitati restituens. Quod quidem beneficium misericordia vocatur, quatenus est miserie cogitationem remotio. Non solum autem ejus, verum etiam et mei, ne tristitiam super tristitiam haberem; id est, ne dolorem quem patiebatur ob infirmitatem ejus experiret novus dolor, idemque acerbius, ex ejus morte.*

VERS. 28. — *Festinantius ergo misi illum, etc.* Significat Apostolus sibi molestum fuisse, quod aberat ab eis Epaphroditus, atque hæc parte doloris se levandum per eus reditum.

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad redigenda.*

1° Insculpe menti tua nunquam obliviscendum mirabile humilitatis Christi exemplum, v. 5, 6, 7, 8; qui cum in formâ Dei esset, etc., semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, etc., v. 6, 7. Utramque formam perpende, compara; tandem hanc exinanitionem concipere non valens, illam mirare, senti, tuo modulo imitare. Quantus, qualisque sis, non superbes, sed temetipsum exinanitens, ceterosque te reputans præstantiores, omnium fies servus et minister, præsertim ad salutem.

2° Insculpe et ejusdem Christi Domini ineffabile charitatis exemplum. Factus homo, non sua quesivit, sed nostræ salutis totus incubuit; ob quam factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, v. 8; pati contemni, opprobriis saturari, tandem pro te mori voluit. Hanc charitatem concipere non valens, mirare, senti, imitare. Obedi Deo, et propter Deum totus proximi salutis stude et vaca; pro quâ pati, sperni et mori non refugies.

3° Ex v. 12 et 13 discere humiliter et sedulo tuam

### CAPUT III.

1. De cetero, fratres mei, gaudete in Domino. Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium.

2. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.

3. Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu servi-

stiano, etc., seu quale Christianum decet. Græca et Syrus: *Excipite illum in Domino, cum omni gaudio; excipite illum fraternè et christianè, et ut patrem in Domino: utrumque in idem redit.*

VERS. 50. — QUONIAM PROPTER OPUS CHRISTI, id est, propter subsidia mihi ab illo propter Christum subministrata.

TRADENS ANIMAM SUAM, id est, vitam suam periculis objiciens. GRÆC., *Parabolatus est animam suam*. SYR.: *Neglexit, sprexit animam suam*, id est, nihil fecit seipsum, suæ valetudinis curam non habuit. Parabolani dicuntur qui cum vite periculo adsunt ægrois. Vide Calepinum.

UT IMPLERET ID., id est, ut obsequia mihi præstaret que vos ob absentiam personaliter non potuistis.

VERS. 29. — *Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino, excipite illum affectu christiano, ilique magno cum gaudio; et ejusmodi cum honore habetote; habete in prelio, ac debito honore afflicte.*

VERS. 30. — *Quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit. Opus Christi vocat visitationem Pauli, inæccerati, propter Christum. Accessit ad mortem, et enim periculosum erat familiaribus accedere, et secretis colloqui cum eo, cui Nero imperator inscius erat.*

*Tradens animam suam, id est, non habitâ ratione vite; vitam suam negligens.*

*Ut impleret id quod ex vobis deerat erga meum obsequium.* Ut plene adimpleret vestrum defectum ministerii circa, vel potius erga me.

*pietatem maximè notanda, et ad proximam redigenda.*

propriam salutem operari; et ibidem vide rationem urgentem ad utrumque.

4° Ex v. 15 et 16 nota, et nusquam obliviscaris, quanta debeat esse Christiani, et à fortiori religiosi et sacerdotis sanctitas. Sit doctrinæ luminæ, et exempli vite, quasi stella fulgens; fax in alto posita, portum salutis ostendens aliis hominibus, in mundi pelago navigantibus. Attende tibi, et vide num talis sis, lujusque in occasionibus recordare.

5° Ex v. 17 scias quo animo debeas, seu Dei verbum annuntiare, seu animas dirigere. Sacrum ministerium, seu prædicationis, seu animarum directionis, est liturgia mystica, quâ vicinæ Deo preparantur, sancti Spiritus igne sanctificando. Hoc vide fasces ibidem. Has ergo victimas Deo prepara, non te, nec tua querens; inò paratus sanguinis tui libatione illarum sacrificium consummare.

6° Apostolicas episcoporum qualitates in Epaphrodito poteris annotare, v. 25.

### CHAPITRE III.

1. Au reste, mes frères, réjouissez-vous en Notre-Seigneur. Il ne m'est pas pénible, et il vous est avantageux que je vous écrive les mêmes choses.

2. Gardez-vous des chiens; gardez-vous des mauvais ouvriers; gardez-vous des faux circoncis;

3. Car c'est nous qui sommes les vrais circoncis,

mus Deo, et gloriamur in Christo Jesu, et non in carne fiduciam habentes:

4. Quoniam ego habeam confidentiam et in carne. Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis.

5. Circumcisus octavo die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis; secundum legem, pharisæus;

6. Secundum justificationem, persequens Ecclesiam Dei; secundum iustitiam que in lege est, conversatus sine querela.

7. Sed que mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta.

8. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei; propter quem omnia detrimentum feci, et arbitrator ut stercora, ut Christum lucrificam,

9. Et inveniar in illo, non habens meam iustitiam, que ex lege est, sed illam que ex fide est Christi Jesu, que ex Deo est iustitia in fide;

10. Ad cognoscendum illum, et virtutem resurrectionis ejus, et societatem passionum illius, configuratus morti ejus:

11. Si quo modo occurram ad resurrectionem que est ex mortuis;

12. Non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim; sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo et comprehensus sum à Christo Jesu.

13. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse: unum autem, que quidem retrò sunt obliviscens, ad ea verò que sunt priora extendens meipsum,

14. Ad destinatum persequor, ad bravium superne vocationis Dei in Christo Jesu.

15. Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus; et si quid aliter sapitis, et hoc vobis Deus revelabit.

16. Veruntamen ad quod pervenimus, ut idem sapiamus, et in eadem permaneamus regulâ.

17. Imitatores mei estote, fratres, et observate eos qui ita ambulat, sicut habetis formam nostram.

18. Multi enim ambulat quos sæpe dicebam vobis (nunc autem et flens dico), inimicos crucis Christi:

19. Quorum finis interitus, quorum deus venter est: et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.

20. Nostra autem conversatio in caelis est; unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum.

21. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ secundum operationem, quâ etiam possit subjicere sibi omnia.

### ANALYSIS.

*Superiora concludit, et ad alia transit, de quibus jam multa præsens dixit Philippensis, ut scilicet carcam à doctoribus judaizantibus, quos vocat canes, et falsò circumcisos, quia carne tantum, non verò Christiani verè sumus circumcisus, quia corde, v. 1, 2, 3.*

*Paulus plus quam ulius ex eis posset de legalibus gloriari, quia octavo die circumcisus, etc.; v. 4, 5, 6.*

S. S. XXIV.

puisque nous servons Dieu en esprit et que nous nous glorifions en Jésus-Christ, et sans nous flatter d'aucun avantage charnel.

4. Ce n'est pas que je ne puisse prendre moi-même avantage de ce qui n'est que charnel; et si quelqu'un croit pouvoir le faire, je le puis encore plus que lui.

5. Ayant été circoncis au huitième jour, étant de la race d'Israel, de la tribu de Benjamin, né Hébreu de père Hébreu; ayant été pharisien pour ce qui est de la manière d'observer la loi.

6. Pour ce qui est du zèle du judaïsme, en ayant eu jusqu'à persécuter l'Eglise, et pour ce qui est de la justice de la loi, ayant mené une vie irréprochable.

7. Mais ce que je considérais alors comme un gain et un avantage m'a paru depuis, en regardant Jésus-Christ, une perte et un désavantage.

8. Je dis plus; tout me semble une perte au prix de cette haute connaissance de Jésus-Christ mon Seigneur, pour l'amour duquel je me suis privé de toutes choses, et je les regarde comme des ordures, afin que je gagne Jésus-Christ;

9. Que je sois trouvé en lui, n'ayant point une justice qui me soit propre, et qui me soit venue de la loi, mais ayant celle qui naît de la foi en Jésus-Christ, cette justice qui vient de Dieu par la foi;

10. Et que je connaisse Jésus-Christ, avec la vertu de sa résurrection, et la participation de ses souffrances, étant rendu conforme à sa mort.

11. Afin que je puisse parvenir, de quelque manière que ce soit, à la bienheureuse résurrection des morts.

12. Ce n'est pas que j'aie déjà reçu ce que j'espère, ou que je sois déjà parfait; mais je poursuis ma course, pour tâcher d'atteindre où Jésus-Christ m'a destiné en me prenant à son service.

13. Non, mes frères, je ne pense point avoir encore atteint où je tends; mais tout ce que je fais maintenant, c'est qu'oubliant ce qui est derrière moi, et m'avancant vers ce qui est devant moi,

14. Je cours incessamment vers le bout de la carrière, pour remporter le prix de la félicité du ciel, à laquelle Dieu nous a appelés par Jésus-Christ.

15. Tout ce que nous sommes donc de parfaits, soyons dans ce sentiment, et si vous avez quelque autre sentiment de vous-mêmes, Dieu vous découvrira ce que vous devez en croire.

16. Cependant, pour ce qui regarde les connaissances auxquelles nous sommes déjà parvenus, ayons les mêmes sentiments, et demeurons dans la même règle.

17. Mes frères, rendez-vous mes imitateurs; et proposez-vous l'exemple de ceux qui se conduisent selon le modèle que vous avez vu en nous.

18. Car il y en a plusieurs dont je vous ai souvent parlé, et dont je vous parle encore avec larmes, qui se conduisent en ennemis de la croix de Jésus-Christ;

19. Qui auront pour fin la damnation, qui font leur dieu de leur ventre, qui mettent leur gloire dans leur propre honte, et qui n'ont de pensées et d'affections que pour la terre.

20. Mais pour nous, nous vivons déjà dans le ciel, et c'est de là aussi que nous attendons le Sauveur, Notre-Seigneur Jésus-Christ.

21. Qui reformera notre corps, tout vil et abject qu'il est, afin de le rendre conforme à son corps glorieux, par l'opération de cette puissance par laquelle il peut s'assujétir toutes choses.

*At legalia, inò et omnia temporalia bona præ Christo, et propter Christum, habet ut nihilum; omnia ergo contemnit, dummodo Christum lucratur, sique meritorum illius particeps, v. 7, 8, 9, 10, 11.*

*Non idèò perfectum se reputat; sed ad vocationis suæ perfectionem magno conatu contendit; idem faciunt Philippenses, v. 12, 13, 14, 15.*

(Trente-huit.)